

sum meride obdormivisset, nescio quid nequitie perpeffus
A est. E fomo autem exiliens, contractis in volam digitis cum
 magno dolore perpeffus, rursus solvitur in soporem. Et vidit
 per vilum, & ecce vir stabat ante eum nigris vestibus, cano au-
 tem capite. Qui conversus ait: Quid sic, inquit, in fletibus
 commotus es? Er ille: Ecce, venerabilis Domine, dum parum
 per obdormivi, cum dolore expergefactus opus manuum mea-
 rum perdidit, & nescio quid sceleris commisi. Tunc vir illi,
 tanquam discipulus Dominus de caeco nato: Quia neque ille
 peccaverat, neque parentes ejus, sed ut manifestaretur opus
 Dei in illo, ait: Debilitas tua tormentum indicat populi delin-
 quentis. Vade ergo nunc per vicus, & castella, & ad civitatem
 usque pertende, & praedica, ut se omnis homo a rapinis, &
 usuris abstineat, & nullum opus in solemnitatibus mysticis a-
 gat. Ecce enim coram Domino in lachrymis decumbemus,
 veniam pro populo deprecantes, & adhuc spes est obtinendi, si
 emendatio sequatur in plebe. Nam hostilitates, & infirmita-
 res, & alia multa mala, quae perferit populus, indignationem
 Domini commovent; & ideo nuncia velociter, ut se emendare
 studeant, sine crudeliter in scelere suo pereant. Tu vero, his per-
 actis, quae imperavi, Turorum ad Basilicam propera, ibique
 te visitabam, & obtinebis apud Dominum, ut faceris. Cui ille,
 Cui viris Ego sum, inquit Martinus sacerdos Turonensis. In
 his Sancti verbis pauper surrexit a somno, apprehensoque bac-
 cillo iter imperatum aggreditur, & quae sibi fuerant imperata,
 populus nunciavit. Mense autem septimo postquam haec acta
 sunt, beatam Basilicam adiit, ibique posttratus per triduum
 quarta die a Sancti virtute visitatus est. Jam enim computru-
 rat in eo caro, vel nervi palmarum, qua de causa detinebatur.
 Et cum digiti ejus directi fuissent, sanguis ab ipsis erupit.
 Sed eis omnibus medicatis, ore proprio, quae recolimus, enar-
 ravit. *Gregorius Turonensis lib. 2. mirac. D. Mart. cap. 40.*
 Anno Christi 439. cum Wandali Africam invasissent, at-
 que munitis locis omnibus potirentur, proximam civitatem Cy-
 priam memoriam aggressi sunt. Quid vero tunc acciderit,
 Procopius ita narrat. Hoc itaque templum Wandali, impe-
 rantem Valentiniano, pulsos Christianis, ac sacerdotibus multa
 ignominia eiecissent, tenuerunt, ipsius cura Arianis delegata.
 Quamobrem Aftis maximo dolore percussus, ac animi pen-
 dentibus, dicitur, Cypricum in somnis apparuisse, & bono
 animo Christianos hujus rei gratia esse iussisse, sese brevi tem-
 pore ultorem futurum pollicendo. Ubi res in vulgus prodit,
 Afti omnes expectabant ultionem hanc in Wandalos, nec
 propterea unde haec procedere possent, ullo modo conicere
 poterant, &c. *Procopius de bello Vandali, lib. 2. apud Baron.*
tom. 5. ar. 439.
 Temporibus CLEMENTIS IV. circa an. Dom. 1266. ut ha-
 bent Annales Colonenses, cum civitas Colonia obsidione
 cingeretur, Comes Clivensis, & Stephanus de Vyvlen uno in
 tentorio noctu quiescentes viderunt D. Ursulam radiantem co-
 rona praesulidam, & cereum lucidissimum manu gestantem
 luncine totius urbis, & orbis luminibus aequipollentem, quam
 sequebantur undena virginum millia, Sanctorum quoque Mau-
 rorum, ac Thebaorum agmina, ut sculptae in incensis Colo-
 nensibus imagines circa monasterium D. Pantalonis, & pi-
 cturae antiquae Basilicae D. Gereonis testantur. Qui omnes vi-
 debantur civitatem, & portas roscis crucibus consignare, &
 contra hostium vim, ac potentiam praemunire. Quo miraculo
 terribi hostes, ac de obtinenda civitate desperantes, obsidio-
 nem solverunt, temerarium existimantes cum gignantibus **D**
D. Ursulae, ac ipsos divos, divorumque patrocinium inani-
 bus praesulis lacerasse. In hujus divinae protectionis perpetuam
 memoriam, & jugem gratiarum actionem, amplissimum Senatus
 inclitae civitatis Colonensis quotannis ipso sanctorum
 Maurorum festo, quod 15. Octob. celebratur, tresdecim grandes
 cerceos donat Basilicam D. Gereonis, qui in cryptam ejusdem
 Basilicae, ubi SS. Maurorum, ac Thebaorum corpora requies-
 cunt, tunc per dies aliquot lucere conspiciuntur. *In Annal.*
et. Antiqu. Colon. Tilm. Braden. lib. 4. Cellat. fac. cap. 22.
 Adscribo & hoc unum, quod multorum militum gravium,
 qui se vidisse sanctae jurabant, testimonio comperit. Cum an.
 Dom. 1587. admirando illo opere, dicto Gallicae Estaque,
 Alex. Farnesius Antuerpiam obsideret, Batavi, Angliae, ut
 obsessis opem ferrent, & obsessi eodem tempore, ut hostem di-
 stinerent, facta eruptione acerrime pugnabant, aggeremque
 jam regio militi ereptum possidebant, securi ut sibi videban-
 tur tum a regis militibus primo paucioribus conspectus pro-
 pe aggerem Petrus de Paz Hispanus Tribunus, vir & milita-
 ribus, & pietatis ornamentis laudatissimus, qui jam mensibus

aliquot ante defunctus, visus hic armatus, ut solebat, legionem
 praecedere, & suis quondam militibus manu advocatis, ut se
 sequerentur, imperare. Indicant primi secundo, hi tertius, hi
 sequentibus vident omnes ideam, mirantur animique resum-
 ptis notum sequuntur ducent: praet ille, & recta in hostem du-
 cit: fit pugna, sed Batavi in naves compulsi aggerem Regis
 reliquere. Hoc momento oppidum munitissimum spe victo-
 riae, & se tuendi, decedit. *Mart. Del-Rio, tom. 1. Disp. Mag.*
l. 2. q. 26. feb. 5.

DAMNATORUM.

Vide Apparitiones Daemonum.

Eadem est ratio damnatorum spirituum, quos quidem hu-
 manis obtutibus se exhibuisse gravissimi auctores tradunt.
 Elias quidam in deserto Aegypti vitam agens, vidit animam
 cujusdam Anconitani Episcopi, divino tribunali fuisse iudicatus;
 post ad gravissima tormenta trahi. *Marul. lib. 5. cap. 11.*
 Vifus THEODERICUS Rex Arianus inter Joannem Pontifi-
 cem, & Symmachum Patricium vinclis deducimanibus, & F
 detrudi in ollam Vulcani, teste B. Greg. 4. Dial. cap. 30.
 Vifa quoque est MONIALIS in Ecclesia S. LAURENTII Romae
 ante altare per medium fecati. *Greg. Dial. cap. 52.*
 Et vidit dubitare postquam damnatorum spiritus fuisset, quos
 certissimis testimoniis visos esse confirmat. *Alex. ab Alex.*
25. lib. 5. & lib. 2. cap. 9.
 Ad hanc classem, vel certe ad praestigias daemonum illi
 etiam spiritus referri videntur, quorum apud prophanos aucto-
 res fit mentio.
Plin. l. 8. epist. refert, spectrum quoddam Athenis se exhibuisse,
specie senis, macie, & iqualore confecti, promissa barba,
horridi capillo, crubilis pedes, manibus catenas gerentis.
 Vidit JULIUS PROCULUS apud Capream paludem, Romulum,
 augustiore forma Deum factum, fusosque ad momentum, ut deos
 colerent, & virtutem sequerentur. *Plin. de visis illust. cap. 2.*
 HOMERI umbram Cynocephalia herba evocavit Appion
 Grammaticus, & ab eo patriam, quibusque parentibus ortus
 esset, didicit. *Plin. lib. 30. cap. 2.*
 ACHILLIS spiritus apparuit Apollonio, teste *D. Philostrato in*
vita Apollonii.
 SEVERI parentis Antonio Heliogabalo. *Xipbil. in Anton. G*

ANIMARUM IN PURGATORIO.
 Vifisunt & illi, qui purgatorio igne xpianitur.
 PASCHASIU Apostolice Curiae Diaconus, post mortem
 in Angulianis thermis a Germano Capuano inventus est lue-
 ce nas, quas contraxit. *Greg. lib. 4. Dial. cap. 40.*
 JUSTUS quidam ob retentas pecunias grave supplicium per-
 tulit, qui tandem Commodio fratri apparens, se ab illo factis
 sacrificiis liberatum esse, exposuit. *Greg. lib. 4. Dial. cap. 55.*
 Fuit & Presbyter, qui Centumcellis in balneis frequen-
 tissime reperit, qui sibi operam gratitiam, si quando lavaret,
 praestabat. Pro quo, ubi, quemadmodum rogaret, deo sa-
 crificia obtulisset, spiritum fuisse cognovit: qui divina misera-
 tionem hoc modo pro peccatis satisfacere, & juvare contigit;
Greg. ibidem.
 Require Locum de Purgatorio.
 * REGULE, QUIBUS PROBANDI
 SPIRITUS. H

I. Ante omnia perspiciendum est, uniusque Dei cultor sit.
 Nam si est daemum cultui mancipatus, nullam fidem pro-
 mereturus potest qui ex infinito daemorum numero, ita loquetur.
 II. Si unus Dei cultor est, videndum protinus, an Catho-
 licae Ecclesiae membrum sit, ne Montani, & Priscillae exem-
 plo decipiant. Fingebant enim se Prophetas, & magno fuere
 detrimento. Nam praeter alia solvi nuptias docebant; & Mon-
 tanus se Paracletum asseverabat; & alia cum affectatoribus
 agebat, quae probatis Prophetis adverbantur, ut Apollonio,
 & Apollinari probaverit, Hieronymo, & Eusebio
 referentibus.
 III. Deinceps considerandi mores, & vita, si fidei, quam
 profiteretur, recte conveniat; si superbis soleat effertur, si vo-
 luptate detineri, si avaritia, & cupiditati hujus mundi de-
 ditus sit. Sciscitandi amici, interrogandi familiares, ob-
 servanda vita diligentissime quantum datur, & licet. Nam
 tametsi mali homines aliquando veris revelationibus, & illu-
 minatio-

illuminationibus illuminentur a Deo, ut in Balaam, & aliis
 vidimus; nihilominus raro id evenit: sed ferè semper, vel in
 doctrina, vel in moribus, fallitas, & error immiscetur.
 IV. Ingenium, & judicium hominis diligentissime penlan-
 dum est ex illis muneribus, quae forte obicit, si recti judicii
 fuerit, si prudenter se habeat. Nam qui nimis avidus, ni-
 misque considerat in aliqua re divitiis; verendum, ne ita in
 rebus, qua ad intellectum, & divina spectant, pariter ruat, &
 ex imprudentia prolapsus offendat.
 V. Aestimanda est quoque corporis temperatura, sanitas,
 studium. Cum & aegroti multi, & ipsi phrenetici ob intencio-
 nem animi nimiam exorbitantes, vidisse quandoque se putant,
 & audisse, quae nunquam aut oculis, aut auribus percepce-
 runt. Igitur & quo animi ejus ferat impetus, & ardenti ne a-
 more, vel odio incitatus fuerit, percontandum est. Siqui-
 dem in his, qui novitio quodam fervore Deo famulantur ob
 fixas imagines rivit, quibus meditantibus ad pietatem excitari
 cupiunt, vana pro veris ostendi possunt, & a daemone, & se-
 ipfius etiam illudi potissime, cum praeter magistrorum dogma-
 ta aliquid faciunt, finente Deo, & permitteente, ut in poste-
 rior cautiores evadant.
 VI. In somno potissimum periculum est, ne his visio-
 nibus decipiatur: tempore namque nocturno redit amica
 quies, & in amatoris praesertim rebus id evenit, ut qui a-
 mant vehementius aliquid, sibi fomina fingant. Quod qui-
 dem a ratione alienum non est. Cur enim nulla in animis
 nostris regnet affectio impetuofior amore, evenit, ut iis,
 qui ferventioris amoris impetu feruntur, imminet pericu-
 lum maximum, ne affectu nimio hallucinentur. Dum e-
 nim voluntas plus nimio propensa est, aberrare judicium
 facit.
 VII. Perfrutari etiam convenit, qua de causa quis suas
 visiones patefacit; levitate an utilitate: & hac spirituali, an
 temporalis: sua, an aliorum, utrorumque magis moveatur.
 Quod si finis bonus videbitur prima fronte: non ob id tamen
 pes solumus est; sed de finibus ipsa habenda est quaestio, cum
 non fidem apertum, & proximum; sed occultum, atque
 longinquum inspicendum sit diligentissime.
 VIII. Inspiciendum est diligenter, an qui patitur visio-
 nes, sit nigro humoris affectus, id est, melancholicus; vel ni-
 mia macie confectus. Nam qui cholera nigra laborant, &
 qui senio, aut nimia macie confecti sunt, saepenumero deci-
 piuntur. Et hinc est, quod senes ad extremam decrepitam aetatem
 delirant. De his ergo supradictis, ne delirant, maxime formi-
 dandum est.
 IX. Attendamus item conversationem ejus, qui videt visio-
 nes. Si communis, si privata, si secreta, si publica: si in adhi-
 va, si in contemplativa vita degit: si vestimentis affectatis
 utatur. Signum autem humilitatis inaffectata est conversatio
 communis: quanquam in solitariis, & habitu quoque, & vi-
 stu raris Dei virtus inhabitaret, ut in Helia, Joanne Baptista,
 & Aegyptiis illis monachis sanctissimis, Antonio, Paulo, Hi-
 larione. Communem tamen conversationem Christus ho-
 mo, & Deus elegit: ad ejusque exempla, plurima Monacho-
 rum turba Basilii, Benedictus, Augustinus, Dominicus,
 Franciscus.
 X. Videndum est inprimis, si masculus, si femina: si va-
 ga, si garrula, si stabilis, & quicquid. Nam in pace factus est
 locus Dei; cuius spiritus, ut docent sacrae litterae, non quies-
 cit nisi super quietum, & humilem, & trementem verba il-
 lius.
 XI. Cognoscuntur vel hac ratione, non difficulter, qui
 vanis visionibus ludificantur, si aliorum spernum consilia, si
 de quibuscumque eruditur se Deo per revelationes prae-
 sumunt. Nam & Moyses crebris Dei colloquiis afluens, quam-
 vis de minutis etiam rebus ad populi gubernationem spectanti-
 bus, superius illustrationibus clarebat, Jetro alienigenae viri
 consilium sumpsit: sic Paulus, quoad tertium usque caelum
 raptus fuerat, humana ope, humano etiam consilio quan-
 doque est usus.
 XII. Cognoscuntur utique visiones a falsis, & discernuntur
 ex fructibus subsecutis; sicut Dominus dicit: Arbor
 ex fructibus cognoscitur. Praecipuum autem fructum ejus,
 qui patitur divinas visiones, ego existimo esse veritatem non
 fucantem, non adulteram, sed puram, ac nitidam, quam ali-
 quifima gignat humilitas, quae non meretur illudi, quae non
 elata, non pertinax est, non inquietas, non garrula, non au-
 ri, aut honoris sitibunda, neque omnino sapiens in oculis
 suis: ratione, auctoritate bonorum, doctorumque virorum
 utens.

XIII. Perpendendum est diligenter, si qui videt visiones,
 cum tribulationibus vexatur; aut libenter patitur, aut cer-
 te desperat non furit. Vult enim Augustinus, ut adverfi-
 tates amare non jubeamur, sed tolerare. Hoc pacto si aliis
 Prophetis conformis fit; dignoscitur, quorum alii odio ha-
 biti, & vexati; alii quoque injuriis affecti, alii etiam im-
 mani Regum, vel populorum suorum rabie trucidati. Sic
 impius ille Jeroboam Prophetis insultavit: sic Isaias fuit
 Manasse Rege terra divisus in partes: Jeremias a populo
 lapidibus interfectus: Amos fuisse transfusus: Ezechiel
 occisus: Daniel leonibus in pabulum expositus; Helias,
 Heliseus, & alii ab Jezabel, ab Achab, ab aliis perfec-
 tiones passi. Et in novo Testamento Dominus Jesus,
 Caput omnium, cujus membra sumus, accerrime vexatus
 est, & crucifixus. Cujus praecursor Joannes plus quam
 Propheta capite truncatus. Sic Paulo caput abscisum: Petro
 crucis calix epotus. Sic alii penè innumeri, qui praeter alia
 in se divinitus collata dona, divinas etiam revelationes hau-
 serunt.
 XIV. Prenoscendum est, & quidem caute, si verax est,
 qui istas apparitiones de se narrat. Nam qui delectatur men-
 daciis, non Christo, qui veritas est, sed diabolo, mendaci-
 cii patri conformatur. Quare si mendax est quaecumque
 dicit, aut falsa, aut de fallitate suspecta habeatur; praesertim,
 ut diximus, si femina fuerit, quae minus ratione pol-
 let, ut asserit *Aristoteles in Politicis*. Quamobrem minus
 apta ad discernendum. Sed & humidioris naturae cum sit,
 fluunt rerum species celerius. Anxia praeterea femina, &
 voti cupida plerumque sunt. Sunt etiam phantasia imbecillioris,
 cuius fatigatio ne facile decipi possunt. Quae omnia in u-
 niversum illis tribuuntur: tamen, aliqua viris plurimus
 prudentia, & judicio quandoque praesent. Illud etiam est prae-
 videndum, si ille, qui visiones habet, aliquando deceptus fue-
 rit, tentatus daemone se transfigurante in Angelum lucis.
 Nam talis nullam fidem meretur. Percontandum etiam est, si
 dum visis exceptus, ad divinum morem, & terrenorum
 contemptum excitetur: si pacis animi, & quietem nanci-
 scitur. Divini spiritus proprietates est, ut terrenis, & tem-
 poralibus avocet animum, & ad coelestia, aeternaque intendat,
 paceque, & quiete perfundat, quam mundus dare non potest.
Bartholomaeus Medina.

DE SPIRITIBUS JUDICIA RECTA.
 Vide Judicium Metaphysicum reatum.
 Loco de Judicio.
 INEPTA. *Ibidem Jud. Metaph. ineptum.*
 Spolia.
 DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.
 SPOLIUM nomine significatur, ait Servius, quiddid
 hosti detrahitur, a spolio, quod est denudo, ex quo, privo
avivias Graecis, & σπῆλαι σπορίων prada. *Virgil. de Hercule*
canit.
Ter gemini necesse Geryonis, spoliisque superbus
Alcides aderat.
 Dicuntur autem spolia opima, quae dux duci detrahit: qua-
 lia fuerunt, quae primis omnium Jovi Fetorio Romulus ob-
 tulit, Rege Ciminensium manibus suis in acie caeso. *Livius l. H*
ab Urbe cond.
 Solebant autem spolia in templis suspendere, aut in trium-
 phum adferre, ac cunuli sella appendere. Exemplis res mani-
 festatur.
 SPOLIA HONORIFICA, TUM
 FERRATA, SUSPENSATA.
 Cujusmodi sunt
 Arma.
 Palaestini arma SAUL Regis a se interfecti in aede Astaroth
 suspenderunt. *1. Reg. 31.*
 ARGIS, in supero forium limine templi Cereris, Pyrrhi
 Epitotatum Regis scutum affixum cernitur: qui cum Argos
 expugnasset, tegula caput ictus perit. *Pausanias in Corin-*
thiacis.

Propè Mycenae in templi JUNONIS antica parte (Pronaum A vocant) positum est scutum illud, quod Euphorbo Meneleus in bello Trojano eripuit. Pausanias in Corinth.

Optima spolia, quae Regibus, ducibusque hostium caesis, Jovi Feretro in Capitolium ferebantur, ter solum à Romanis ducibus, qui sortem, strenuamque operam Reipublicae navarunt, delata fuisse comperimus. Prima Romulus urbis auctor, & parens, de Acrone Ceninensium duce, post raptas Sabinas detulisse fertur, quo tempore Jovis Feretrii templum dicebatur. Fuere enim Ceninenses ex Sabinis, Latio propinqui, qui una cum Crustumis, & Antennatis ob raptae contumeliam, contra Romanos primi sumptere arma, Jovis verò Feretrii templum fuit in vertice Capitolini montis, exiguum sanè, & angustum, sed religione sanctum, & propter vetustatem longè primium. Liv. l. 1. Dec. 1. Plut. in Romulo. Trecentis decem post annis Corn. Costus Tribunus militum, dux ea tempestate incitatus, secunda detulit spolia de Late Tolumnio, Rege Vejentum, quem acie victi, & manu consecit. Vejentis enim gens Hetrusca fuit, cum quibus, & Romanis multiplici bello, & propè assiduis cladibus de imperio saepe dimicatum est. Livius lib. 4. Dec. 1. Sab. lib. 5. Dec. 3. Tertia, Cl. Marcellus ma-

bu strenuus, & bonus Imperator, de Viridomaro Gallorum duce, seu Britomaro, apud Clastidium victo, optima spolia reportavit. Florus l. 2. c. 4. Orof. lib. 4. c. 13. Feretrius verò Jupiter, vel à ferendo, à trophao scilicet, quod feretro gestabatur, deducta voce à lingua Graeca, qua tum passim sermoni Latino erat consueta. Alii Jovis Fulminantis cognomen esse affirmant, à ferendo dicti, quasi ut ducem dux ferret, se propicio, & juvante effectum sit. Ex cujus aede, si quando foedus ferire, aut pacem Feceales inire vellent, sicut ex Capitolina arce verbenam, & gramen cum terra evulsam, ita lituum, & lapidem filicem, quo foedus percuterent, fumere mos erat. Opima verò vel ab opibus, ut ait Varro, vel ab invicto opere, cum vic-torios tantum laudis accesserit, nomina sumptere: seu, quod fidei proptus est, opima ampla dici, sicut opimam pradam, & opimum bovem dicimus. Hac nisi duces, regesque, quorum auspicio res geruntur, suismet corporibus dimicantes, hostium ducibus detraxerint, necemque, & exitum intulerint, haud quaquam opima dici voluerit. Fuere, qui crederent, Jovi Feretro spolia opima, prima trecentis assibus: secunda Marti, octoginta: tertia Quirino, assibus centum, ex commentariis Numa praemio constituto, fuisse consecrata. Alex. lib. 1. c. 14. ex Plut. Marcello.

Galli hostium spolia sanguine perfusa famulis tradunt, in foribus domorum cum cantu, atque hymnis affigenda: quem admodum feras solent venatu captas. Diad. lib. 5. cap. 9. Pœni ex auro sciltaverit & clypeos, & imagines, feceruntque in castris tulere. Proinde captis eis talem Hadrubalis invenit Q. Marcus, Scipionum in Hispania ultor: isque clypeos supra fores Capitolinae aedis usque ad incendium primum fuit. Veterum quidem Rom. tanta securitas ea in re annotata, ut L. Manlio, Q. Fulvio Coss. anno urbis quingentesimo LXXV. M. Auhidius tutelae Capitolii Redemptor, docuerit patres, argenteos esse clypeos, qui pro arce per aliquot jam lustra assignabatur. Plin. lib. 35. cap. 3.

Cum anno 1079. HENRICUS IV. Rom. Imp. Rodolphum ab Gregorio VII. Pont. Caesarem declaratum, in fugam conjecisset, Dux Boemiae Uladislavus, qui Henrico auxilio venerat, regiam hastam Rodolphi nactus est: eaque à Caesare Boemo donata, in postero festis diebus regulis Boemorum insigni imperii solenne fuit. Aventinus lib. 5. annalium Bojorum, & Cuspinianus.

Tormenta.

Bello Germanico, CAROLUS V. Caes. tormenta quingentis à victis consecutus est, quorum deinde nonnulla Mediolanum, alia Neapolim, alia in Hispaniam misit, reliqua retinuit tanquam victoriae trophaea. Surus.

Signa, Vexilla.

Vexilla, quae de vicis Cremonensibus Brixiani deportabant, in Cathedrali ipsorum Ecclesia, in perpetuum rei memoriam suspensa leguntur apud Bergomensem lib. 12.

Calcaria.

Angli calcaria aurata Francorum in Curtracensi praelio caesorum Curtraci in templo suspendere. Emil. lib. 9.

Insignia Imperii.

Legimus CANDIALEM ab Gyge superatum rege opem ferente, qui dicebat Arsalis. Qui mox in Curiam inter spolia reliqua etiam securum retulerit, quod fuisse Lydiae regum ge-

stamen, unde erectum sit Jovis Labradii simulacrum: quoniam Lydorum vocabulo, labrys dicitur securus. Caes. lib. 6. E. cap. 11. Lacton. Antiq.

EPOYARDUS I. Anglorum Rex, jam secundo domitis Scotis, ut ne vestigium Majestatis Regiae desiderii ullum apud populum remaneret, sedem lapideam, in qua insidentibus Regibus corona imponi solebat, ex Scotia deferendam Londinum curavit, quae etiam nunc ad Westminsterium servatur. Polydorus lib. 27.

Porta.

Consule Tit. Ignominiosa spolia. Quatenus eodem argumento ex victor gloriam suam ampliat, & victus ignominiam testatam facit.

SAMSON Israelitarum judex hostili urbe deprehensus, ubi sub noctem vim sensit adversus se parati, demolitus est portas urbis Gaza, avulsisque postibus, in jugum montis detulit proximi, statuique in conspectu atronitae civitatis, ludibrium veritatis, quam trophaum. Sab. lib. 1. cap. 5.

NICEPHORUS Phocas Imper. Tarso, & Moposthesia urbibus Agarenorum captis, Constantinopolim reversus, portas Tarsi, & Mopisarae, artis excellentiam testantes, secum duxit, quas in arce sua & ad Ortum, & ad Occasum statuit: primitias quasi Deo suae expeditionis attribuit, & Sophiae dedicans, quae spoliata insignia attulerat.

Naves.

C. MEMMIUS anno ab Urbe condita 430. de vicis navali praelio praefcis Latinis, & Antiatibus, eorum Rostra navium aera in foro posuit, appellarique forum Rostra cepit, ut auctor Livius lib. 8. & Sab. lib. 4. En. 4.

Statuae, Signa.

STHENELUS Capanni F. in divisione pradae Iliacae, sorte obtinuit signum Jovis Patrii ligneum, tribus oculis insigne, quod in regia Priami sub dio positum fuerat, ad cuius aram Priamus à Pyrrho fuit occisus. Illud Sthenelus in arce Argivorum Larissa in Minervae aede reposuit. Pausan. in Corinth.

ANTONINI Caesaris statua à Longobardis Ravennam diripi-tibus erepta fuit Ravennatis: trophaeque modo in signum victoriae abducta Ticinum, in foro constituta fuit. Jovius lib. 25. Hist.

SOLYMANUS Turcarum Imp. trucidatis ad Mugacium anno 1526. Ungaris, ipsoque Rege Ludovico in palustris lacuna submerso, Budam contendens. Inde aeneas statuas tres praefici artificii fustulit, quae in vestibulo regiae à rege Mathia Corvino, omnis virtutis, atque elegantiae studio, constituta fuerunt. Haec claviger Hercules, citharodice Apollinis, & pharetratae Dianae formas referebant: quas pro trophaeo Pannonicae victoriae monumentum Byzantini in Hippodromo collocari iussit. Abduxit etiam tria invisitatae magnitudinis, operosique artificii tormenta, cum passim ad ornamentum insignia, & litera argento scalptoria arte aeri incluso essent admiranda, quae Illyrica Bosnae regis fuisse dicebantur, in expugnatione Sciabati oppidi ad Savum capta, atque item aeneas aliquot striati operis columnas, quae portarum epistylia sustinebant. Jovius lib. 8. Hist.

Columna.

JOANNES Columna Cardinalis, ab Honorio Pontifice Christiani exercitus, & ingentis classis legatus, in Aegypto ad Pelusium Nili ostium, Aeliopolim, quam Damiatam vocant, validissimam urbem expugnavit: saepe & diversis quidem eventum cum Saracenis acie conflavit, captusque, & demum solutus, & victor ex accipiti periculo, laboraque honestissimum sacro viro triumphum Romam detulit, Columnam scilicet, in qua Christus servatur Hierosolymis deliquit, & flagris caesus fuit, quam in sancta Praxedis templo supra Suburram ad Exquilias hodie Romani venerantur. H. Jovius in Pompejo Columna.

Vincula.

Athenienses accipiti bello Lacedaemoniorum, qui Hippam reducere conabantur, & Boeotiorum, atque Chalcidensium, qui Atticam populabantur, districti exercitu Spartanorum dilapsi, Boeotius, & Chalcidenses uno die superant, & quoscunque repererunt, in carcerem conjecerunt, quos aliquanto post, binis mulctatos minis soluerunt, & ea, quibus alligati fuerant, vincula in arce Athenis suspendendum: quae ad Pausania usque memoriam extabant, pendentia è muris à Medo ambutis, è regione cenacuuli ad occasum spectantis. Herod. lib. 5. Apud Tegeatis in templo Minervae Alca suspensa fuerunt

fuerunt compedes illae, quibus vincti Lacedaemonii captivi fuerunt. Tegeatis in agro fodiendo opus faciabant. Paus. in Arcadicis.

Poma.

ROGERIUS II. Siciliae rex, Emanuellem Imp. Constantinopolitanum, qui Christianis Latinis, in Syria contra Saracenos rem gerentibus, insigni perfidia nocuerat, bello aperto profectus, Constantinopolis suburbia exulit, palatium obsecit: sed quia expugnare non poterat, sua manu pomis ex horro Imperatorio decerpit, in testimonium virtutis suae Italiam repetiit. Venentis Graeci defensionem suscipientes. Collocucius lib. 3. Hist. Neapol.

Cadavera, Calvae.

Apud Scythas coria hostium circumferunt, & ex eorumdem capitibus dibunt, hoc veluti signo fortitudinis superbientes. Herod. lib. 4.

Galli hostium nobiliorum capita aromatibus uncta, in thecis condunt summa diligentia, offerentes ea hospiti bus, multoque pretio ea vel parentibus, vel alii reddunt. Tradunt, eorum gloriam novellus, quod pro capite tantumdem pensi accipere. Diad. 15. c. 9.

Apud Belgas nobilium mox fuit, eorum hostium capita positius tanquam spolia affigere in forium factorum memoriam, & exemplum. Alex. l. 5. c. 24.

L. POSTHUMUS Cos. à Boiis Gallis in Litana Sylva (ander leire) eum toto exercitu trucidatis: ut spolia corpori, caputque ducis praefcis, Boii ovantes, templo, quod sanctissimum apud eos erat, intulerunt. Purgato inde capite (ut mos tunc erat Germaniae) calvam auro calaverunt. Idque sacrum erat, quo solemnius libarent: poculumque item Sacerdotis, ac templi antistitis. Livius l. 22. Avenius vidisse se testatur, Germanos è cranio humano bibere, divorumque capitibus pro pateris uti. Quinetiam genus illud poculi, quod vulgo Germani caput, eum in 1097. & Galli depravata voce una coupe, appellant, antiqui mortis vestigium quoddam videtur insinuare. Vide sub Tit. Vires per fide. exemplum Alboini regis Longobardorum.

Severini castelli praefcis, cum victoria de Turcis parata, defensaque strenue acie, ex propria virtute testanda gratia, cursum duos caesorum hostium capitibus onus, ad concilium ab Uladislavo anno 1492. Budae indictum veheret, in medio itinere gravi morbo correptus, interit. Quos cum Georgius frater Budam, atque in ipsum quoque conventum iustu regis detulisset, eo spectaculo proceres incredibili omnes laetitia aequè, ac stupore replevit, cum truce tanta adhuc, & crudelitatem mania mortuorum auro despicere: denique summo omnium consensu propterea laudatus, ac magnifice donatus, fratrique mortuo, qui fortissimus vir, & Turcis formidolosissimus fuerat, regis & patrum auctoritate est divulgatus. Bonfinus lib. 2. Dec. 5.

DONO MISSA.

Victis ad Granicum DARIUS ducibus, ALEXANDER Atheniensibus extra ordinem trecentis clypeos misit de spoliis. Ceteris manibus in communi gloriosissimum titulum inscribi iussit. Alexander Philippi, & Graeci prae Lacedaemonios de barbaris Asiaticis. Pocula, purpuram, atque ejus generis Perficam pradam, paucis exceptis, matri contra misit. Plutarch. in Alexandro.

AMURATES Imp. Tur. Maronitas, & Trufcos Libanum inhabitantes, per Ibrahimem Baslam domuit, qui de spoliis thronum regium ex auro puro Constantinopolim Sultanus misit, aestimatum 60000. aureorum: Uxorij ejus, alisque mulierculis munera aestimata 20000. Sultanorum A. C. 1585. H. Hennings in Genral. Turc. Imp.

CAROLUS IX. Gallorum Rex, cum Ludovicum Borbonium Condensem principem anno Sal. 1569. tertia die Martij per fratrem suum superasset, & interfecisset, victoriae symbola Romam misit xxvi. signa militaria Hugonotis excepta. Ea Pius V. Christi vicarius summo cum gaudio excepit, nihil sibi gratius à Christianissimo rege mitti potuisse palam professus, quam eos victos, fugatos, delictos audire, qui contra Rom. Ecclesiam arma tulissent. 1604.

IN TROPHEUM ERECTA.

ORTHRYADES Lacedaemonius, cum solus contra Argivos fortiter pugnano evasisset, ex caesis seuta corripens, trophaum in Trophaeo erecta. L. B. Theat. vit. Huanm. Tom. VII.

phaeum erexit, proprio inscribens erudè: Jovi, in cuius potestate sunt trophaea. Chrysermus lib. 3. rerum Peloponnesiacarum: Plut. in Parallelis.

CARANUS Macedonum Rex, devicto Cisso Rege, cum trophaum posuisset, noctu veniens Leo, illud evertit, & distecit. Inde velut foedi ostentio, malique omnis, vetitum esse, ne in posterum reges Macedonum quaeritis victoriis trophaea ponerent. Alex. ab Alex. l. 1. c. 22.

AENEAS de Mezentii Rutulorum regis exuviis trophaum posuit. Sic Virg. Aeneid. 11.

Ingentem quercum decisis undique ramis Constituit ramulis, fulgentiaque induit arma, Mezentis ducis exuvias (tibi magne trophaeum Bellipotens) aptat vorantes sanguine cristas, Teloque trunca viri & bis sex iboraca petium, Perfossamque lotis, clypeumque ex ere sinistre Subligat, atque enses collo suspendit eburnum. Graeci, qui Cyro militarant, è Babylonia redeuntibus, ubi ad mare Graecorum redierunt, trophaum congesto lapidum aervo, & hostium spoliis ornato, excitarunt. Diad. lib. 3.

Romulus, cum Acronem Ceninensium ducem, qui Romanum agrum propter raptas puellas occupaverat, singulari praelio vicisset, quo votum gratum Jovi, & civibus spectatu redderet jucundum, quercum grandem praecidit, instar trophaei formavit, Acronisque arma ordine singula composuit, aptavitque. Ipse veste praecinctus, & caput fluente coma lauro coronatus trophaum subiecit, dextro humero iniunxum subiens, ibat: victoriosumque paena, exercitum in armis sequente, civibusque, cum gaudio, & admiratione succinentibus, canebat. Plut. in vita Romuli.

POSTHUMIUS Albinus, pugnans adversus Samnites, lethali vulnere accepto cecidit. Noctè autem concubia, paululum recepto spiritu, raptis, & intersectis hostibus clypeis, trophaum erexit, tinctaque ex ore dextra, titulum inscripsit Romani de Samnitibus Jovi, in cuius potestate sunt trophaea. Arifides Mulesius l. 3. rerum Italicarum, Livius l. 9. Dec. 1. Plin. c. 30. de viris illust.

SPOLIA IGNOMINIOSE SUSPENSIA, in triumpho ducta.

Vide Tit. Spolia honorifica. Hic ejus, cui erepta sunt: habetur ratio superiore loco ejus, qui eripuit. Hinc Honoris, illi Ignominiae sunt argumenta.

Caput M. CRASSI, & dexteram misit Surenas Parthorum dux ad Hyriodem regem in Armeniam. Inde rumore per nuncios Seleucia disperso, se Crassum vivum adducere, pompam quandam ridiculam instruxit, quam contumelia causa appellabat triumphum: si quidem, qui in captivis consimillimus Crassi erat, C. Pacianus, amicum barbarico velatus, doctusque Crassus, & Imperator vocari, insidens equo ducebatur. Eum tubicines, & hictores quidam in caelis praecedebant. Dependebant ex virgis zone, & alligata securibus Romanorum recens delecta capita. Pone sequebantur Seleucidae meretrices cantatrices, vermilia multa, & ridicula cantilenis in mollium, & ignaviam Crassi modulantes. Hoc spectaculum publice fuit editum. Senatu coacto Sileucientium, intulit laevois libros Arifidis, Milefacos inscriptos. Neque fuit hoc commentitium: fuerant enim in Crassi impedimentis reperti, praeburtaeque Surenas argumentum multis modis fugillandis, & eludendi Romanos, quod nec in bello temperare vis robur, & scriptis valerent. Plut. in Crasso.

Germani QUINTILIUM Varum, cum legionibus Romanis tribus apud Bructeos Fritsis conterminos delevit: signa, & aquilas duas cepere, quas adhuc hodie possident. Non enim biceps est aquila, sed duae simul, quarum altera alteram expansis alis obtegat. Nec unquam hæ reddita sunt Imperatoribus Romanis, sed fere in hunc usque diem servata, Suetonius. Triumpantes, dum urbes intrant, ut Plin. enl. 128. affectit, lancis lauri folia pro signo victoriae affigunt. Ita apud Septentrionales Sueones, & Gothos, qui lauro carent, vulpine cauda, vel lupine ram in bellis, quam in triumphis militaribus hastis alligantur: licet id in contemptum hostium portus fiat. Olaus lib. 8. cap. 14.

SPOLIA CONTEMPNERE.

Vide in Loco de Gloria bellica. Spongia

* Spongia.

QUID SIT, EJUSQUE USUS.

SPONGIA Græcis σπυγγη, & apud Aristotelem σπογγη dicta videtur à σπυγγω, quia spongia rata est, & non spissa: vel à σπυγγω, quod humorem atrahat. Est autem sponsa partus maris, qui faxis adnascitur, caret vita, cum nec mulsam habeat, nec nervos, & amputata repullulat ex radicibus saxo inhaerentibus. Rondelietus.

Ufus sponsiarum præcipuus est ad tergendum, exsicccandū, ad excipiendum humorem, quia sunt porosa, & spongia. Spongiarum usus quoque erat, cum restinguerent incendia. Livi lib. 5. Spongia pectori tegumentum. Nam sponsiis pectus munitabant, ne læderetur, cum exarsisset, id est, acuminata ferramenta pedibus, aut genu aptarent, ut nixi eis myros ascenderent.

Suidas in Euphrato, ferunt, inquit, EURYBATHUM furem, dum in carcerem esset coniectus, ut custodiretur, à suis custodiibus compotantibus solutum fuisse, & iustum edere specimen suæ solertie in ædibus confidendis, primò hoc recusasse quidem, deinde verò, ipsi cum recusantem rogantibus, cum ægre persuasissent, tandem circumpositis sponsiis, & feramentis acutis [σπυγγαίς dicit] in parietibus cursum ascendisse, [ἀνὰ τοῦτοις] illis autem suspicientibus, & has artes admirantibus, ipsum occupasse tectum, eoque superato, priusquam illis circumvisissent, de tecto desiluisse.

Scholiasies Juvenal. in Sat. 14. Portantes spongas, cum feramentis, & alia ferramenta, per qua possent de pariete in parietem ascendere.

* Sponsalia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SPONSALIA sunt, futurarum nuptiarum promissio, sensibili signo expressa, ut hab. 30. 9. 5. c. Nuptiæ, dicta à spondeo. Unde sponsus quasi promissus, & sponsa quasi promissa. Quare post contractum matrimonium per verba de præsentibus dicitur uxor, & maritus, non sponsus, nec sponsa.

Sponsalia ab Hebræis vocantur Kiddushim, à castitate, & sanctitate.

Differunt autem sponsalia à matrimonio, quod hæc facta clandestinè absque Parocho, & testibus sint valida, quamvis prohibita e. cum inibitio, de clandest. desponsat. matrimonium verò clandestinum est invalidum novo iure Concilii Tridentini. Item matrimonium exigit annos pubertatis, sponsalia non ita, sed post septennium contrahi valent. Item facilius illa solvuntur, quam matrimonium, ut ex dicendis constat.

Vide Locum de Nuptiis Tit. Desponsatio, Sponsalia.

QUIBUS CASIBUS SPONSALIA

SOLVANTUR.

Multis casibus contingit dissolvi vinculum sponsaliorum, quos ad septemdecim reducit Card. Teletanus in Summa lib. 7. c. 21. n. 4. §. 1. 2.

PRIMUS est, quando uterque sponsus solvit promissionem factam: tunc enim etiãsi juramentum intercesserit, solvitur, & liber uterque manet, ut cum alio possit contrahere, ita habetur Cap. Præterea 1. de sponsal.

ALTER casus est, cum alter ingreditur religionem, ut habetur Cap. ex publico de convers. §. 57. ver. Sponsalia q. 12. dicit, quod statim solvitur per ingressum, ante professionem; sed in hoc casu, scilicet ante professionem, matrimonium non solvitur, etiãsi ratum: nam ratum non solvitur nisi per professionem, consummatum autem nullo modo.

TERTIUS casus est, per ordinis majoris susceptionem. 27. q. 2. c. scripti, ut per Subdiaconatum, & majores ordines.

QUARTUS est, per votum castitatis communis simplex: si enim votum facit castitatis, & post contrahat, sponsalia nulla sunt. Cap. eius qui Cleric. vel vocen. si verò votum fecit post sponsalia, tunc non annullantur, ut habet Armilla ver. Sponsalia & Navar. c. 22. n. 25. nisi fit votum religionis: tunc enim tenetur ingredi, ut dicit Navar.

QUINTUS est per matrimonium de præsentibus, cum altero, si ve consummatum, si ve non; licet, peccet mortaliter, qui va-

lidis existentibus sponsalibus contrahit cum altera de presenti, tamen tenet matrimonium, cap. licet ex literis, de E sponsal.

SEXTUS est, quando unus illorum in longinquas partes abit, unde incertus est reditus; tunc enim solvuntur sponsalia. Cap. de illis, de sponsal. nec secundum Canones expectandum est tempus, licet leges civiles designent tempus duorum annorum in eadem Provincia. Cod. de repudiis lib. 2. & trium annorum in aliena Provincia. Cod. h. teras de sponsal. impud.

SEPTIMUS casus est, cum supervenit affinitas, ut si sponsus habuerit rem cum consanguinea sponsæ, vel e contra intra quartum gradum, & post Concil. Tridentin. intra secundum, cum copula est illicita, tunc sponsalia solvuntur.

OCTAVUS est, quando ante non septem duo contraxerunt sponsalia per parentes, & postea pervenientes ad tempus legitimum, noluerunt ratificare: tunc enim solvuntur sponsalia, Cap. de illis 1. de sponsal. impud. & tunc per hujusmodi sponsalia non producitur impedimentum publicæ honestatis, quia deest consensus. c. literas de sponsal. impud.

NONUS est, quando fuit signatum certum tempus pro futuro matrimonio, & tunc unus illorum deest: solvuntur enim sponsalia, & qui fuit in culpa, imponitur ei poenitentia. c. licet ex literis de sponsal.

DECIMUS, quando post sponsalia unus illorum contrahit contagiosum morbum, puta lepram, morbum gallicum, vel similem, aut deformitatem notabilem, ut abscissionem nasi, extractionem oculi, vel quid similibus deformitatis: tunc enim solvuntur sponsalia c. literas de conjugio leproforum.

UNDECIMUS, cum unus eorum incidit in fornicationem: tunc enim si alter vult solvere sponsalia, solvet, sed qui fornicator non potest solvere, nisi prius requirat alterum, an velit. c. quemadmodum de iurejurando.

DUODECIMUS, cum alter illorum post sponsalia sit hæreticus, aut infidelis. Canon. non solum 21. q. 1.

DECIMUS-TERTIUS, quando post sponsalia supervenit inimicitia notabilis inter sponsos, tunc potest unus petere solutionem, secundum Hostien. in Summa, verbo sponsalia §. fin. Coacta enim matrimonium malos exitus habere solent. cap. Requisivit, de sponsal.

DECIMUS-QUARTUS, cum sponsa promittit se daturam certam summam pecuniæ, vel apposita est conditio aliqua honesta, & non impleta, tunc non valet sponsalia. Navar. c. 22. nu. 26. notat, quod cum sponsa tempore sponsalium dives erat, & postea facta est pauper, non tenetur sponsus, cum ea contrahere, quin est conditio virtualis, quia omnia bona, quæ habet sponsa, promittit sponso.

DECIMUS-QUINTUS, cum est fama, esse inter sponsos impedimentum matrimonii, tunc solvuntur. cap. in via de sponsal. DECIMUS-SEXTUS, cum unus illorum est nimis asper, & rigidus, ut habet Panor. c. venient, qui Cleric. vel vocent.

DECIMUS-SEPTIMUS, quando supervenit aliquid post sponsalia, quod si superveniret ante, mutaret animos sponsores ad contrahendum, habet S. Thomas 4. dist. 27. Quod intellige, quando rationabiliter mutaret animos; aliàs enim non solvuntur sponsalia.

Vide infra Sponsalia.

* Sponsio. Sponsor.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SPONSIO est contractus, in quo duo de veritate, vel even-tu rei contentantes, sibi vicissim aliquid spondent, ut id ejus sit, qui veritatem fuerit affectus. amodius Græcis, & παρρησια ἕξοδι. Sumitur quoque pro ipso spondendi actu, seu præmio sponsonem promissio.

Sponsio liberatis. Vide Locum de Liberalitate.

Maritalis. Pete ex loco de Nuptiis.

Sponsionem non servare, eludere. Vide de Laide merrice, Locum de Continentia. Castitate.

* Sponsus. Sponsa.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SPONSUS, Græcis ἄνδρας, est qui aliqui, aut virgini, aut virgini est desponsatus, quæ proinde sponsa, & νύμφη dicitur aliàs

APUD ROMANOS.

alias sponsus; & sponsa appellatur apud Græcos, à sponde, à sponde promittendo, neque enim nisi libera voluntate quis desponsatur, id est, promittit se puellam ducturum in uxorem, aut aliqua quempiam in maritum. Sponsa Hebræis hallah, quasi tota formosa dicitur.

De sponsorum & sponsarum acquisitione, habitu, deditione, & pluris affinitate, petantur ex loco de Nuptiis, ad quem propriè occasione Rituum Nuptialium pertinere videbuntur.

SPONSÆ REPUDIATÆ. Vide Titulum de Divorcio.

* Sponsalitia.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SPONSALITIA, quæ etiam sponsalia; sunt convivia ante nuptias solita celebrari, quando multa futurarum nuptiarum fiebat promissio. Usitata hæc fuit apud varias Nationes; Græci παραγοῦσα vocabant, & νύμφια.

APUD HEBRÆOS.

Hujusmodi convivium fuit illud Genes. 24. quod in NAHOR urbe Aram Naharaim, hoc est Mesopotamie, five Syriæ interminis in ædibus Bethuelis celebratum fuit, postquam Bethuel Rebeccam filiam suam Isaac Abrahami filio, ambiente, stipulanteque Abrahami servo, despondit. Nam cum ante sponsonem Abrahami servus pro egregia virgine Dominum fide cibum sibi oblatum capere nolisset, peracta sponsonem, & dona atque munera pretiosa, ut vasa aurea, & argentea, atque vestes Rebecce (quæ quidem à Græcis παραγοῦσα, à Latinis Jurisconsultis sponsalitia largitionis appellatur) nec non fratri ejus, atque matri Domini sui nomine dedisse, ipsique omnes unâ cibum potumque sumpsisse leguntur.

Hujusmodi sponsaliorum meminit & Matt. 23. c. 1. Cum esset desponsata Maria Joseph, invecta est uterum ferre ex Spiritu sancto. Ubi ex more Hebræorum loquitur Evangelista, qui desponsatas virgines non statim ad viros suos ducabant, sed inter sponsalia, & nuptias tempus aliquod intercedere volebant, quo sponsa à parentibus suis domi custodiebatur.

Cujusmodi, five instituti due rationes afferri possunt. Prima, ut in gente zelotypa, & in qua uxore, vulgo inhumanis tractata fuisse, divortiorum licentia, quam illis ob cordis duritiem concessam fuisse, Christus Matth. 19. testatur, abunde docet, virginitatis loca observari possent, quo postea, si quam calumniam maritus moveret, in iudicium consensu proferrentur, de quo Deuter. c. 22. Altera honestas publica, cujus curam deest esse præcipuum inter eos, qui Dei populus, five peculium censerunt volunt. Nec enim par est, qui homines sunt ratione præditi, brutorum instar in libidinem ruant, perinde, ac si non alius ipse sit conjugii finis propositus, quam ut illis satisfaciatur, cuius non immerito pudet omnes, qui seriò virtutis studio tenentur.

Apud gentes phanas serè hunc morem receptum fuisse ex Comædiis apparet, ut eadem hora, vel eodem die conjugium promitteretur, & sponsa deduceretur non sine carminibus lascivis, & sponsa deduceretur non sine carminibus lascivis, & sponsa deduceretur non sine carminibus lascivis, & sponsa deduceretur non sine carminibus lascivis. Id verò in suo populo Deus fieri voluit, quantumque piis viris displicerit, Tobias historia abundè testatur. In eadem Tobias historia simile exemplum invenitur. Nam cum Raphael Angelus, & Tobias in Ecbatanis à Raguete humanissime fuissent excepti, & epula illis liberales, lauteque fuissent apposita, Tobias nihil quequam cibi, potive gustare potuit, priusquam Sara sibi desponderetur. Raguete itaque bene primum precatus, ut felix, lautumque esset hoc matrimonium, Saram filiam suam ad se vocavit; quæ cum venisset, apprehensa illius dextera dextera Tobias tradidit hæc precatione utis: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob vobiscum sit, & ipse conjugat vos, impleteque benedictionem suam in vobis. Posticæ advocata Edna uxore accepto libello syngrapham confcripsit, & consignavit. Quibus peractis una epulati ceperunt benedicentes Deum: post epulum ipsa primum Sara sponsa in thalamum Raguetei iusta adonatum ab Edna matre, cum fausta precatioe, deinde Tobias quoque sponsus ad illam introductus fuit.

APUD GRÆCOS.

Græci similiter habuerunt sua sponsalia, quæ voce cum dona, quæ ante nuptias dabantur: tum sacrificiis, atque convivia, quæ ante nuptias celebrabantur, significabantur. Quod sacrificii genus etiam παραγοῦσα, id est, initiatum, dictum est, teste Polluce, L. B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

Apud Romanos quoque illa in usu fuisse satis constat. Unde sponsalia dicuntur, cum ipsa promissio five contractus stipulationis futurarum nuptiarum, cum convivia, quæ illi ex more Romanorum adhibebantur.

Cicero ad Q. Fratrem. Ad VIII. Iduum Aprilis sponsalia Crassipedi, cui convivio Quintus defuit. Plinius l. 9. c. 35. hujus rei exemplum refert. Lolliam Paulinam, inquit, quæ fuit Cæii Principis matrona, nec serio quidem, aut solemnè ceremoniarum aliquo apparatu, sed mediocriorem etiam sponsalium cæna, vidi in magis, margariticque operam, alterno textu fulgentibus toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque, quæ summa quadringentes h. s. colligebat, &c.

Sponsalia interpositis quoque sacrificiis celebrari fuisse solita, vel ex illo Festi dicto apparet, qui vult sponsum, & sponsam diætam esse, quod sponsa à interpositis rebus divinis faceret.

APUD GERMANOS.

Hujusmodi convivia sponsalitia apud Germanos quoque frequentia sunt in usu, quæ idcirco ab illis Hebræis appellatur. Ad hæc noctu positum magiarum solita, eodem die, quo sponsalia fuerunt contracta, proximi sponsi, sponsæque agnati, cognati, atque affines vocantur, qui nimirum ipsi sponsalibus interfuerunt, & viri quidem plerumque in sponsi ædibus, illiusque impensis mulieres autem, atque puella in sponse domo illius similiber impensis, cibum, potumque unâ capiunt.

* Sportula.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SPORTULA diminutivum à sporta, quæ est genus vasis ex vitæ mine, junctis, sparto herba, quæ apud Hispanos frequens est, & à qua nomen suum obtinuit; aut alia materia leviori, quæ parva sporta. Et quoniam in sportulis pecunia, & cibus defertur solebat ad eos, qui magistratum officii gratia comitabantur, aut rogati domi salutarent, nomen sportule pro illis eibus, & que pecunia accipitur. Ita Juvenalis Sat. 1.

— nunc sportula primo

Limine prima sedes turba rapienda togatæ.

Et Sat. 3.

Nonne videri, quando celebretur sportula fumo?

Idem JUVENALIS quoque scribens de illis, qui non ex amore, sed lucri captandi gratia vitam sequuntur, eos appellat.

Deserta in loculis quis sportula fecit amicos.

Interdum tamen etiam conarum oblatione ferebantur in sportulis. Unde illud Juven.

— Sequitur sua quemque culina.

Verum sportulæ nomen usurpatur hodie pro salario advocatorum, & Judicū. Ita Rub. de Sport. Jud. c. 1. §. 1. §. Execur. c. de Episc. & Cler. & Græc. definitur δωροῦναι πορτοῦν ἢ ἀργύριον. Igitur sportularum nomine intelliguntur omnes erogationes, five cibaria, five pecuniaria, five publica, five privata. Hinc & vestibulum locus erat sportularum, quod etiam sportula dicebatur: ubi rpondebantur, quæ illo die erant danda. Tertul. sportulantes appellat eos, qui sportulas accipiebant.

PARTITIO.

Duplices erant sportulæ, publicæ, & privatæ. Publicæ fiebant ex ærario publico, vel pace, vel bello, quæ quidem frumentationes fuerunt dictæ, de quibus opera pretium fuerit hic addere, quæ l. Lipsius Eleb. l. 1. c. 8. scripsit. Frumentatio est gratuita in plebem annona, Græcis ἐπιπέσιον dicta. Frumentaria largitio antiquissima apud Romanos, & fere semper conciliandæ plebi adhibita statim post Reges ægyptos, teste Livio. Sed Plin. lib. 18. ejus originem ad Manium Martium Adillem refert. Postea divinum frumentum sepit, & fere semper ad Adilidum, quorum videtur fuisse ea cura. Hæc cum largitio omnis voluntaria ad hæc esset, & ut videtur, in arbitrio Senatūs, exorti mox Tribuni, qui per hæc occasionem gratiam, & opes sibi quaesiverunt apud plebem, legesque tulerunt, quibus non incerta, ut ante, sed stata frumentatio esset. Prima fuit lex C. Gracchi, quæ frumentum plebi è publico datum modico aliquo pretio definitio. Optimates postea aliam tulerunt placandæ plebis gratia, quæ Menstrum definitio in capita, non plus quinque modios. De alimentis cæceteris, quæ

Diaria dicebantur. Vide Senecam lib. 9. controverſia 4.
A Privatæ erogationes ſunt, quæ à civibus locupletioribus ex privatis bonis in pauperes fieri ſolent.

Sic hodie quoque plurimi Chriſtianorum, vel quotidie, vel certis diebus, cum ordinariè, tum extraordinariè in ſuos clientes colonos, atque etiam homines alienos, pauperes inopes, atque mendicis cibaria, pecuniaſque erogare ſolent, quæ quidem largitiones elemoſynaria, uti appellantur, antiquis illis Romanorum ſportulis optimè comparari poſſunt.

Spurius.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

SPURIUS, Græcè. ῥόδορ, à nonnullis putatur, ſed non eſt, qui Græco vocabulo dicitur nothos, hoc eſt, ex adulterio natus: nam in Latinum vocabulum non habet, ideòque utitur peregrino, ſed inſecto patre natum, quem Modeſtinus, Vulgò conceptum, appellari ſcribit, ſive qui cum patrem habet, quem habere non licet. Unde ſpurioſus etiam verſus dicimus alterius, ac incerti authoris.

Spurius, inſecto patre natus, ἀνὴρ ῥόδορ, id eſt, à femine, propterea quod de femine patris nulla ſit certitudo: vel (ut alii volunt) quod è meretrice publica, aut quæ ſe multis clam promittit, ſit natus. Iſidorus 1. 9. c. 5. dicit Spurium dici, quod certam matrem habeat, quia veteres muliebrem naturam Spurium vocabant. Plutarchus in Problem. vult olim initialibus literis S. P. ſine patre ſignificatum: atque hinc dici coceptum Spurium per errorem. Vide Titulo proximo.

Uſus etiam nunc obtinuit, ut ex adulterio natos, aut Clericis cœlibatus promiſſione adſtrictis, appellemus Spurius.

Hebr. Tame, id eſt, contaminatus, immundus, ſpurcus, (unde ſpurus) pollutus à verbo, Tamab, vel Tame, Immundus fuit, contaminatus eſt. Inde Lat. Tamino, contaminatio. Cognationem habet, cum Tamani abſcondit, item cum domus Sterquilinum. Nam ſpurii originem ſuam uti contaminatam abſcondunt. Dicitur etiam Mazer, id eſt, natus ex aliena muliere, natus ex adulterio: Deut. 23. 3. Zach. 9. 6. à verbo Mazar, illegitimè procreatus eſt, ex adulterio conceptus eſt, ex alieno fluxu feminis procreatus eſt. Verbaliter non legitur.

Manſcribitur Scortum, ſed macha nobis dedit ortum. Inquit Hoſtienſis. Vide Etymolog. arilingue pag. 790.

SPURII. ILLEGITIMI.

QUI, QUALES FUERINT?

Vbi de & de Nomine ipſo nonnulla.

Spurii appellantur, qui matre quidem certa, patre autem incerto nati ſunt: vel ut certo, attamen illegitimo coitu. Horum quinque ſunt ſpecies: nam alii ex concubinato naſcuntur, alii ex ſcortatione, alii ex ſtupro, alii ex adulterio, alii ex inceſtu. Hotom. de Verbis iuris.

Plut. in Problematibus, Spurii prænomen, ſicut Sexti, Decimi, Cati Romani uſitatum fuiſſe, & duabus tantum literis expriſſi ſoliti ſunt. S. P. cum ii, qui patre legitimo carerent, duabus quoque literis, S. P. quaſi ſine Patre, & ἀπατρως ſcriberentur, vel per iocum, vel per errorem Spurioſus appellatos, non autem, quod ex miſcellaneo, & promiſcuis femine geniti eſſent, ut vulgò Grammaticorum opinatur. Sed & à Sabinis ait, muliebria ſpurium dici. Inde contumeliaſa cauſa ita ab eis dici ex inſuta muliere, & concubina natum. Ex factrici illo: Cui patre eſt populus, ſunt qui Spurii nomen deriverint, quaſi cum S. P. V. R. Senatus, popululive Rom. pater fieret.

Scortum dici inveno apud HOMERUM, clandeſtino natum concubitu: ſicut Parthenias Spartaniſis dicitur, qui ea ſit productus, quæ cum nuberet, credita ſit virgo. Carmen Homeri ex Iliade hoc eſt de Bucolione:

Παρθινιασος γαρην, ἀσθον ἡ δὲ βύκολιον τὴν κρηνην. Pindariſe interpretes dici Parthenium putant, qui clam ea ſit editus, quæ cenſetur virgo. Scribit in Paral. leſis Plutarch. Theſeum, ac Romulum fuiſſe anengyos, & ſcotos, Illemum verò dicuntur Anengyon, velut ſine

ſponſore, quem vocant engyon. Call. lib. 28. cap. 12. 4. A. L.

Ex inceſto concubitu filiarum LORH, cum patre, quem vi-no temulentum fecerant, nati ſunt filii peſſimi. Ex majorè natu filia, Moab, à quo Moabite: ex minore, Benammi, à quo Ammonite, idololatæ, & ſceleratæ gentes originem ſuam traxerunt. Geneſ. 19.

ABIMELECH Gedeonis F. ex Droma concubina, Sichemienſis, homo ſceleſtiſſimus. Iudic. 9.

JUDÆ filii Phares, & Zaram, ex Thamar nuru, inceſto nati concubitu. Gen.

JEPHTHE Galaadites ſpurioſus, Iſraelitarum iudex fortiſſimus. Iudicum cap. 11.

LITYRSSES, Midæ nothus filius fuit, Celenis habitas: qui prætereuntes, metere ſecum cogebat. Viſorum amputatis capitibus, reliquum corpus in Midæ honorem, meſſorius hymnus eſt compoſitus, qui Lityrſes & ipſe dicitur. Suidas.

Lemnum Achzi ex Attica ab Athenienſibus ejeti, occuparunt. Qua illi injuria adacti, ex Braurone Athenienſium mulieres, Diane ſacra patrio ritu celebrantes, plurimos rapere: quarum concubitu frequens ſoboles orta. Quæ cum adolere cepiſſet, materna nobilitate ſuperbientes, cum iis, qui legitimo nati eſſent thoro, auferent inſultare, & apparereque ita furentium, ut cum primùm per atætem licuiſſet, inſula potenter: Achzi veriti, ne legitime nati quandoque Spuriis fervirent, Atticas mulieres cum omni virili ſtirpe obruncant. Qua infantia cæde, veterique Lemniadum memoria, quæ viros omnes una nocte, cum Thoonate, ut Herodotus ait, ſuſtulerant, proverbio eſt receptum, ut ſcæda, & terra ſcelera Lemniaca dicerentur. Achæ ob id faciunt peſſentia, terræque ſterilitate diu vexati, Delphico ſunt oraculo moniti, ut ad deorum pacem impetrandam faſtidiarent Athenienſibus. Qui cum ad hoc iſtum Athenas miſiſſent, Lemnumque illi ſibi dari poſtulaſſent, id ſe facturos Achæ reſcuerunt: Poſt aliquot deinceps annos Milciades ex Chersonæſo Eſtrefis in Lemnum delatus, Achæos inde migrare coegit. Sab. lib. 1. En. 3.

HOMERUS Critheidis (quæ Melanopi Magnæſii, Cumam Hælicam inhabitantis, filia fuit) filius ex ſurtivo concubitu. Pater incertus, Herodoto teſte. Plutarchus tamen ex Ephoro Cumæo aſſerit, Critheida Atellis Cumani filiam, à parente Mæoni fratri commiſſam, à perſido patruo conſtitratam, & regendi ſceleriſis cauſa Pheimo ludimagiſtro Smyrnæo deſponſatam fuiſſe.

Cum Lacedæmonii juſſerant, ſe non redire domum, donec Meſſeniam aut virgines ſuas in Meſſeniorum ſacrificio violatas expugnariſſent: uxores tam longam viduitatem pertaſæ, viros domum revocant. At illi iurejurando obſtricti, cum reverti non auderent, domum juniores remiſere, iſque conceſſere, ut promiſcuis cum omnibus mulieribus concubarent. Ex quorum concubitu, qui nati ſunt, Parthenias vocati fuerunt. Sab. lib. 3. En. 2. ex Strabonis lib. 6. ex Ephoro.

DEMARATI nativitas cum Ariſtoni patri, Spartanorum regi, nunciata eſſet: iſ ſubducta ratione, quod à nuptiis nondum elapſi eſſent meſes, negavit, hunc ſuum eſſe filium: atque, ut nothum abdicavit. Ejectus itaque in Perſiam aſcendit, & poſt Darii ortum, cum Xerxem ad obtinendum regnum adjuviſſet, eidem perſuaſit, ut expeditionem contra Græciam ſuſciperet. Suidas.

AGIDES regnant, Alcibiades exul ex Sicilia venit Lacedæmonem. Nec dum in urbe diu hæſerat, cum ſtupi cum regis uxore Timæa ſiſuſpectus: & filiolum ab ea editum negavit Agis agnoſcere ſe, ſed eſſe ait ex Alcibiade ſuſceptum. Neq. id Timæam, Duris ait, admodum ægrè tuliſſe, verum ſuſurrantem domi, cum peſtiferis ſuis, Alcibiadem infantem, non Leotychildem nominaviſſet. Et verò ipſum quoque non libidine diſſiſe impulſum, ſe conſuetudinem habuiſſe cum Timæa, ſed ambitione: ut apud Spartiatas obtineret ſtirpe ſua regnum, non Herculis. Quare Agidis timore ſubductus ſe Alcibiades Lacedæmonem. Puer autem reliquo tempore ſuſpectu Agidi fuit, neque juſti filii apud eum habuit locum. Poſtea cum v. r. morbo implicatus ex Arcadia domum reportaretur, apud Hæream theſes fecit, qui cum eo erant omnes, nihil ſe dubitare Leotychildem eſſe, qui genitus eſſet: totamque eam multitudinem multis cum precibus, & lachrymis rogavit hoc apud Lacedæmonios teſtimonium dicerent: Verum Agide mortuo, Leotychildem Agellus, Agidis frater, regno facile expulit, cum ea populo in memoriam redegeſſet, quæ de eo, aliquando Agis dixiſſet.

diſſiſſet. Præſto tamen & Leotychildi ipſi ab Hærea Arcades à fuere, qui morientis jam Agidis verba renunciarunt. Auxit inter Agellum, & Leotychildem diſſeptionem Delphicum oraculum, hiſ verbis editum:

Sparta cave, quamvis te maxima gloria tollat, Heu tibi ne claudas veſtri cruris nocentem rex: Tunc inopinatas longum patiere labores, Letibiſque undam miſcentem cumda duelli.

Hæc in AGEſILAUUM diſſiſe Apollinem contendeat Leotychildes, quod altero ille pede claudicaret. At Ageſilauus in Leotychildem retorquebat, quod neque legitimus, neque Agide eſſet genitus. Eam diſſeptionem Lacedæmonii ad oraculum, cum id arbitrato ſuo facere poſſent, non retulerunt tamen, auctoritatem ſcilicet Lylandri Ariſtocriti filii ſecuti, qui vehementer, ut Ageſilao regnum decerneretur, contendeat. Lauſ. in Lacon. & Plut. in Ageſilao, item Athen. 1. 12. c. 16.

THEMISTOCLES pater fuit Neocles, de familia Phreariorum, tribu Leontide, obſcurus homo. Sunt qui Abrotoni meretricis Thraciæ prædicent filium, quod in libro de viris illuſtribus Amphierates prodidit: quanquam Euterpen nuncupavit libro rerum Græcarum tertio Næanthes. Cælius lib. 14. cap. 12. A. L. Eam ob cauſam Themistocles in gymnasio B C Cynofarges tantum exercebat extra urbem, in quo ſpurii ſoli conveniebant. Plut. in Themist. & Athen. lib. 15. cap. 13. Diploſ.

DEMADES orator filium Demeam habuit, ex amica tibicina: cui frementi aliquando in ſuggeſſu, Hyperides obſcuravit, cum diceret, Non tacetis adoleſcens, cum majorem ſtatum habeas matre. Athen. 1. 13. c. 12.

BION Boryſtheniſis Philoſophus Olympia Lacæne meretricis filii filius, uti teſtatur Nicias Nicæus. Athen. lib. 13. cap. 22.

TIMOTHEUS, Dux Athenienſium, ſcorti filius fuit genere Threſiæ, at gravibus moribus mulieris, Nam cum hujusmodi femine ad caſitatem ſe converterent, hiſ, quæ continentiam proſeſſæ fuerunt, multo ſunt meliores. Cum carperetur Timotheus aliquando, quod ex matre hujusmodi eſſet: Illi gratias habeo, inquit, quia ob illam filius ſum Cononis. Athen. lib. 13. cap. 13.

POſt PHRAATIS Parthorum regis interitum, Phraates, vel Phraates ejus filius ex Thermula Italica femina caſu quodam natus, quia tres legitimi regis filii Romæ obſides eſſent, regnum nefario matris occupavit conſilio, patre occulte interfecto. Hunc Parthi, quia inceſto matris ſe polluerat concubitu, regno exegerunt. Phraates brevi, poſteaquam ita pulſus eſt, fato perit. Herodes illi ſuccellit. Sab. 1. En. 7.

ATTALO Pergami rege, qui pop. Rom. hæredem ſcripſerat, deſuncto, Ariſtonicus ex Eumene, & pellice quadam Ephæſia cithariſtaſa filia genitus, Aſiæ regnum, ut ſibi hæreditarium, partim ſtudio, & favore populorum, partim vi, & armis ſubegit. Populus Romanus, quia ab Attalo ſcriptus erat hæres, P. Licinium Craſſum pontificem maximum ad bellum cum exercitu miſit (quod nunquam antea acciderat, ut belli cauſa ſummus Pontifex Italia abſiſſet) ſed inſelici exitu. Perpenna Craſſo ſuſcepit miſiſus, Ariſtonicum cum primo congreſſu victum, & in Stratonica captum, Romam miſit: ubi in carcere juſſu patrum eſt necatus. Sab. lib. 9. En. 5.

PERSEUS Philippi Macedonum regis F. ſpurioſus, in quo ſtirps regia deſecit. Plut. in Emilio.

ROMULUS, & Remus ex ſtupro Martis, ut Livius, & alii volunt: vel, ut Otho Phriſingenſis, ſacerdotis cuſudam nati ſunt.

D HIRCANUS II. Judæorum princeps fortiſſimus, ex inceſto concubitu Joſephi cum fratris filia natus. Joſephus lib. 12. cap. 4. Antiq.

M. Brutus Cæſaris interfecto, Bruti ejus F. quem Cn. Pompejus bello contra Lepidum interfecit, ex ſervilia Catonis ſore impudica, quæ palam ſtupi commercium, cum Cæſare dictatore habuit: ita ut plerique Cæſaris filium eſſe crederent: & ipſe etiam Cæſar id ſuſpicans, poſtea quam rerum potitus eſt, in ſummo cum honore habuerit. Plut. in Bruto.

JUGURTHA Rex, Maſtaſtabilis F. nothus, Maſiniſſæ regis Numidarum optimi nepos, res contra Rom. geſſit maximas. HELIOGABALUS filius fuit Antonini Caracallæ Imperatoris, & ſcorti, quam Sœnidem Herodianus, Lampridius & Capitolinus Symyiamium vocant, filiam Mæſæ Variæ. Varius dictus eſt, quaſi inceſto patre ob impudiciam matris natus, cum tale monſtrum non niſi ex colluvie nequiſſimorum ſeminum produci poterit. Lampridius.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

ALEXANDER Imper. Mammiæ F. quæ Mæſæ Variæ filia fuit, ſcortum & ipſa, conſobrinus Heliogabali. Verum ut ortu B. par, ita moribus longè diſpar. Cuſp.

Nothus quidam taxatur Epigrammate Aufonii: Quidam ſuperbus opibus, & faſtu tumens, Tantumque verbis nobilis, Spernit vigenis clara ſeculi nomina, Antiqua captans ſtemmata, Martem, Remumque & conditorem Romulam Primos parentes nuncupans. Hos ille Serum veſte contemni jubet, Hos calat argento gravi, Ceris inrens januarum limina, De atriorum pegmata, Credo, quod illi nec pater certus fuit, Et mater eſt veri lupa.

LAMUSIUS III. Longobardorum Rex, matre meretricis natus, & ex poſtulo. Fulg. 1. 3. c. 4.

FL. CLADIUM Imp. qui Galieno ſuccceſſit, plerique, teſte Aurelio, Gordiano ſatum arbitrantur, dum iſ adoleſcens à muliere matura inſtituitur ad uxorem. Cuſp.

THEODERICUS Oſtrogothorum Rex, qui Italia regnum, pulſis Herulis, occupavit, Valamiri regis ex Antilena concubina filius fuit. Jo. Magnus. 1. 9. c. 9.

GENERICUS Vandalorum rex in Africa, Gunderici regis in Hiſpania ſpurioſus, Catholicorum perfeutor immaniſſimus. Sigon. 1. 12. Imp. occid.

CAROLUS Martellus, Pipini F. nothus ex Alpaide pellice Franciæ primim Magiſter equitum, mox princeps extitit, artibus bellicis clariſſ. Emil. lib. 1.

CAROLO Magno erat filius ex concubina Pipinus, facie liberali, ſed gibbo diſformis. Iſ, cum pater Punico bello occuparetur: conjunctionem inuit adverſus illum, cum quibuſdam ex Francia primoribus, qui vanam ipſi ſpem regni fecerant. Caput in monachum tondetur. Conjurati capite luerunt. Crantz. lib. 2. c. 7.

CAROLOMANNUS Rex Bavariz, ſtater Caroli Craſſi Imper. cum conjugem haberet ſterilem, & inſcandam, ex quadam Carentena nobili femina pulcherrima Arnulſium genuit: qui poſtea à proceribus Imperii Craſſo ſubſtitutus fuit. Cuſp.

FRIDERICUS II. Imper. Manſredum ſpurium ex concubina Blancha Marchioniſſa Montiferrati genuit, principem Tarentinum, & Regem Siciliæ designatum: qui patrem in Apuliam moventem, ex morbo gravi convaleſcentem ſuffocaffe ſetur, G. cum Conradum, ex Jole genitum, hæredem à patre inſtitutum accepiſſet. Conradum fratrem veneno ſuſtulit, & duos filios Henricis fratris. Cuſp. Sed Crantz. 1. 8. Sax. c. 18. ſcribit, Fridericum, priuſquam decederet, Manſredo filio principatum Tarentinum cum quibuſdam urbibus, donaviſſe: ut haberet egreſſus adoleſcens, formæ dignitate, & ingenii dotibus præſtans, literis etiam imbutus, unde viveret. Timebat enim illi ab avaritia fratris Conradi, qui legitimo jure ſuccedens, minimum fratris notho permetteret. Sed ille patre vita ſuncto ad regnum Siciliæ aſpirabat. At Conradus rex ex Germania deſcendens, recepit armis, quæ ille occupaverat.

Ex eadem concubina, & FRIDERICO II. natus Henricus, vulgò Henricus appellatus; Rex Sardiniz à patre inſtitutus, Longobardorum Dux, & generalis per Italiam ſacri Imperii legatus: cui omnem Italiam commendatæ pater. Qui à Bononiensibus captus in vinculis eſt mortuus. Cuſp.

MORTUO SIGEFRIDO, uno ex Saxonum primoribus, ejus ditionem Danemarum Othonis I. Cæſaris frater, natus matre moniali, quam Henricus I. pater aliquandiu pro comite tenuerat, depoſcebat. Rex autem comitarum illum Geroni conceſſit, viro primario. Danemarum rebellionem movens, obſeſſus in urbe Eresburg, & cum dedita urbe conſuſiſſet in Eccleſiam, apprehenſo cornu altaris: regiorum quidam per ſcraſtrum miſſa ſagitta eum conſixit. Crantz. lib. 3. Sax. c. 15.

JOANNES XI. Pontifex, Landonis I. Pontificis ſpurioſus, ante Pontificatum ſuſcepſus. Joannes verò XII. qui ei ſuccceſſit, Sergii III. Pontificis, ex Marozia Guidonis Thuſciæ comitis uxore adultera filius. Saracenos graviffimis præliis attrivit. Luitprand. lib. 3.

MARGARITÆ Flandriæ Comitiſſæ ſpurii Joannes, & Balduinus, ex Gulielmo præceptore ſurtivo concubitu nati, à reliquis ſtatibus fuerunt à ſuccceſſione rejeſti. Emil. lib. 7.

ADELSTANUS Anglorum rex Edovardi I. F. Edginæ puella ruſſicæ ſupro. Puly. lib. 6.

ROBERTUS Normannorum Dux singularem fidem, virtutemque gratulam omnibus in rebus Regi Francorum Henrico I. praestitit, ac tantum apud eum ob id meritum auctoritate, gratiaque valuit, ut eum Hierosolyma religionis gratia petentibus, Guilielmum filium etiam puerum ex concubina procreatum, si quid sibi accideret, heredem nuncuparet, id ab Rege Franco, quamvis non ere dignitate Francica, comprobaretur, confirmareturque. Mortuo in Hierosolymitana expeditione Roberto, & Nicea in Bithynia sepulto Henricus rex, cum Nothum in aula Francica educatum in potestate haberet, eum Ducem salutatum, fideque iurejurando obstricta, & osculo fidelitatis utrinque delibato, in possessionem paterni dominatus cum praesidio misit. Maxima procerum eius gentis pars indignè ferebant eum puerum novem annorum inter suos dominari: cum Rhollonis primi ducis iusta, legitimaque soboles superesset. In primis patros iustos, legitimosque habebat, Maugerum Archiepiscopum Rotomagensium, & Guilielmum militaris ingenii virum. Continuo bella de summa rerum inter Normannos civilia exorta, sed ingentem vim auri, arcesque à patre, atque relictos delictissimos, summoque bello viros acceperat Nothus. Rex Notho auxilia misit: quibus ille cumulat, facile adversarios superavit. Tandem ab Eduardo Anglorum rege haeres institutus, caeso Haroldo regnum amis obtinuit. *Æmil. lib. 3.*

HENRICUS, frater nothus Petri regi Castellæ, ac Regionis, cum animadverteret Castellanos infensos esse Petro fratri, propter crudelitatem, ad Petrum Aragoniæ regem confugit. Cujus auxilio, simul etiam Caroli V. Galorum regis ope pulso Petro regnum occupavit, an. 1365. *Polyd. lib. 19.*

Habebat in matrimonio Joannes Castellanus rex Beatricem filiam Ferdinandi regis Lusitani. Quo sine virilis sexus legitimis liberis mortuo, regnum Lusitaniæ jure hereditario uxori, ac sibi debuit reperire. At Joannes filius nothus ipsius Ferdinandus, qui ab initio factus monarchus, in ordinem D. Benedicti, sive, ut aliis placet, Cisterciensium venerat, vocantibus eum Lusitanis principibus, regnum paternum obtinuit. Est non multo post navali prælio inter reges dimicatum, in quo Castellani superiores fuerunt. Joannes Anglorum armis reductus est. *Polyd. lib. 20. Ang. Hist.*

FRIDERICUS Comes Lunæ, Martini Siciliæ regis ex meretrice nothus, mortuo patre, mox etiam Martino avo Aragonum rege, propter illegitimos natales repudiatus est, regno ad Ferdinandum Castellæ infantem delato. Cæterum officii causa, & ut in verba regis juraret, magnifico comitatu cœquum Barcelloнам venit, vexillo permixtis Aragoniæ, & Siciliæ signis ad regii vexilli magnitudinem, usus. Quæ res invidiam ei conflagavit magnam. Rex de eo certior factus, vexillum illud sibi dari cupivit, sese simile illi consiciendum curaturum asserens. Vexillarius ergo, ut erat iustus, eo exemplo vexillum fecit, sed transversa fascia coloris Veneti. quæ indicaret, consueto apud magnas familias more illegitimos natales. Rex id ad se postea perlatum, tradi Friderico præcepit: illud Ferdinando, hoc Friderico dignum esse distitans. Puer à suis edoctus, fasciam illam ignominie esse argumentum, nunquam postea nisi alburnum gessit, & breve vexillum. Sic Ferdinandus magistros magis pueri, quam puerum ipsum reprehendit. *Valia. 1. 3. b. ff.*

AMUNDUS Gothorum, & Sueonum rex, Vilis dictus, erat Amundus Annofi regis ex concubina filius. Quod tunc adeo vile existimatum fuit, ut qui ex illegitima coniunctione natus erat, perpetuo rubore suffusus, vix auderent inter honestos comparere, etiam si Regum filii fuissent. Sic etiam Carolus, Sueonum, & Gothorum, & Norvegiarum Rex, optima spei adolescentem ex concubina procreaverat, eamque jam mortuam, ut filium legitimum efficeret, desponsaverat: attamen idem Filius non solum paternis regni, sed ab omni alia hæreditate seclusus, infami conditione vixit, & confensit, Amundus certe etiam defectum natalium summa probitate redimeret, tamen nunquam potuit perfectam obedientiam à subiectis populis assequi. *Joannes Magnus lib. 18. cap. 6.*

SUONIS II. Danorum regis spurii multi fuere. Patri primus successit Haraldus. Haraldus S. Canutus, in templo à Fionibus cæsus. Canuto Olavo. Olavo Ericus, in facta expeditione mortuus. Erico Nicolaus. *Saxo. l. 11. c. 12.*
Pomp. Lætus est in Calabris: quibus adempto Græcorum commercio, nihil est tota Italia simplicius, Clarum

in familia stemma, sed in quo tantus vir non sit legitime natus. Ipse Genesim suam semper in occulto habuit, ac certe ignoravit. Sed cur ignorasse credi possit: cum suis quandoque per literas, & nuncios ad id missis, multis precibus domum accersitur, ut tantas nequitias non ignoraret, in hanc rescriptis sententiam: Pomponius Lætus cognatus, & propinquus suis salutem, quod petitis, fieri non potest. Valet. *Sub. in eius vita.*

CRATIANUS Monachus S. Probuli, natione Tuscus, doctor Bononiensis, auctor Decreti, spuriius fuit. *Volaterranus lib. 22. Antr.*

BAROTUM de Saxo ferrato I. C. quidam nothum fuisse suspicantur ex his, quæ scripsit in I. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. *Hotomanus de verb. juris.*

JO. ANDREA, patre Andrea, & matre concubina natus, apud Nugellium agri Florentini oppidum, Juris scientia, virtutibusque aliis natalium pudorem tenuit. *Volat. l. 21. Antr.* Hanc tamen famam ipse mituit in additionibus in speculum Durandi, rubrica de filiis presbyterorum, patremque suum laicum fuisse, & ludimagistrum testatur, & se ab illo primas literas edoctum: postea tamen Ecclesiasticis ordinibus initium, presbyterum egisse. Cæterum his verbis non tam legitimum se esse, quam non ex facerdotibus, sed ex ludimagistrorum probat.

JOANNI Cypriorum regi ex concubina Jacobus natus est, magni spiritus adolescens, ex conjugē Helena Palaologa Carlotam tantum suscipit: quæ postquam adolevit, Joannis regis Protogalliz patriuli nupti. Vir ejus, consensu procerum in regnum accesserit fuit, qui vivente foetore rem administravit. Eum foras veneno sustulit à medio, & regni gubernacula recepit. Carola multis affecta contumelias ad fratrem consiliens, suam conquesta calamitatem, ope petit, Jacobo non tam foras gratia, quam regni sibi parandi, cœpit cum amicis id agere, ut rex appellaretur. Interim Carola usum matris, ac procerum, Ludovico Sabaudia duci filios nubit. Is Venetiis classe parata, in Cyprum navigat, magnoque omnium applausu, ac favore rex appellatur. Jacobus consilio, & ope Marci Corneli Veneti, cum amicis Alexandriam navigavit, Soldani ope imploratur. Ab eo igitur rex salutatus, impius, & infami juramento obstrictus, in regnum reducit, Ludovico cum Carola uxore pulso. *Æn. Syl. de bello Rhodio.* Duxit is Venetiam à Comeliarum gente, à Repub. adoptatam. Ea posthumum peperit, qui in regno successit. At ubi seditionis quidam, Jacobi Notham Ferdinandi Neapolitanorum regis filio itidem notho clam deponere, & regnum à Venetis avertere conati sunt: illorum audacia oppressa, regina, mortuo puero, Venetias perducta, à Patavii mortua est. Regnum Venetis cessit. *Sub. l. 10. Decad. 3.*

Alemanni suapte natura Ungaris infensi, ne CORVINO Romano sanguine Mathias Ungarorum Rex, ac pater Joannes, quemadmodum Gentilitia Corvi insignia testabantur natus esse videretur, auctore Ulrico Ciliz Comite, fabulam haudquam insulam commentis sunt. Significandum Imper. ajunt in Transylvanis agentem, cum venustissima Valachi cupuldam nobilis puella concubuisse: hanc tertio à fe mense repetitam, gravidam deprehendisse, donasse magnifice, ac symboli loco annulum reliquisse: mandasse, ut quicquid pareret, diligenter aleret, educaret, educatum quæ ad fe, cum symbolo mitteret. Hanc deinde ample dotatam, Valacho haud quaquam ignobilis nuptiis, in qui ob dotis amplitudinem, & ingenui stupri gloriam, oblatam à puella conditionem minime recusavit. Scitum, & elegantem hunc puerum in tempore fuisse editum, quem mater Joannem appellavit. Cum infans in matris gremio jaceret, ad volætes corvum, H & annulum symboli loco datum abfuisse: parentem ingenti dolore correptam, virum subitò exorasse, ut corvum infecaretur, & annulum recuperaret, ne pueri spes magna, inauspicata avis rapina perderetur. Virum tandem confosso sagitta corvo, annulum continuo recepit, Joannem eximie deinde pulchritudinis adolescentem, materno jussu ad Sigismundum venisse, & offensisse annulum: recognito regni annulo, præditi, ac villis cum ample donasse. *Bonif. lib. 9. Dec. 3.*

ALOYSIUS, vel Ludovicus Gritius, Andrea Venetorum Ducis F. nothus, ab eo, dum Constantinopoli ageret, susceptus, in magna gratia fuit apud Solymanum Turcarum Imper. & ab eodem è Byzantio missus cum amplissimis mandatis ad Joannem Pannoniam regem, ut Budâ confideret, tuereturque in his regionibus Orthomanni cum nonis, consiliisq; omnibus belli, & pacis intrecflet, impedito Solymano bello Persico, Gritius Jani

JANI Dociz Ducis Hungari calumnias adductus, Americum Cibachum Varadinensem Episcopum, cui primas inter omnes proceres Joannes Transylvaniam rex deferrebat, ad se cum splendido comitatu venientem perfidè oppresse, ejus potentiam, & fidem suspectam habens. Cujus crudeli morte sic permoti sunt Transylvani populariter, ut manu facta, Gritium ad oppidum Mege capium, securi percussissent: & in ejus cruore proceres, & propinquos penulas militares, solenni cæremonia, more gentis intinxerint, ut diu secum exactæ vindictæ memoriam desererent. Janus Dociz, qui sua manu Americo caput detruncarat, gravissimo supplicio affectus, disceptare est. Cum Gritium truncus à carnificē nudaretur, locus in femoralis eum gemmis immensi precii reperitus est, adeo ut ea omnis præda aurocorum nummum quadraginta myriadas superasse dicatur. *Jovius.* Erat Gritio filius, Antonius, Episcopus Quinque-eclesiensis: eum Clemens VII. Pontifex, in patriis aviæ gratiam, cogitabat ad jungere numero Cardinalium. Sed eum, dum regnum sibi Ludovicus pollicetur, & in summa eum expectatione, pater etiam hoc tanto filii successu plurimum gauderet, per occasionem simularis, atque factionis in eum excitata, comprehensus ab adversariis, & capite multatus fuit, circa annum Sal. 1534.

Mulier quædam habebat plures filios, inquit, mei, priusquam hac bunda in lecto esset, accesserit: Fili, inquit, mei, priusquam hac ex vita migrem, ne anima meæ sæturam patiar, sum vobis quidam relatura. Unus vestrum est mihi non ex marito conceptus, qui rem mariti injustè possidet: cum vobis nuncupabo, mihi vos nolueritis. Tum filii, cum quilibet de se metueret. Quis, inquit, mater ab hoc onere nos te abolvimus, & mutuo nos liberamus. *Gilbert. Cogn. l. 1. Narrat.*

JULIANUS Medices, Urbini exulans, cum matrona confueverat, non solus. Illa partu levata, filium natum per ancillam ad orphanotrophium exponi noctu curavit. Ancilla pietate mota Juliano rem indicat, Is quantum vis dubitaret fuisse, nec ne, ad fe puerum deferri jussit, & liberaliter educari curavit, Hypolyti nomine indito. Quem postea Leo X. Juliani frater Cardinalem creavit. *Garimbertus lib. 4. de vitis Pontif.*

SPURII EXOSI.

Rome magnus Pompejus filius fuit STRABONIS, cujus cadaver Romani odio propositum in publicum procerunt, & calcaverunt. *Plut. de sera num. vindict.*

CONSULAT Lætor de Spuriorum successione in Imperia, Regna, Principatus, Locum de Successione, ubi problematice pro exempla, quorum nonnulla hic præmittuntur, disputatur, an Spuriorum successio admittenda?

* Stabulum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

STABULUM generaliter accipitur pro quacunque statione, aut loco: ubi quis itare, vel manere consuevit. Proprie autem idem quod diversorium, vel hospitium, in quod aliquis longo itinere festus succedit. *Terent. ad. 1. c. 1. Græcè,* unde & prostitula meretrices dictæ, quod quæstus melioris gratia concurrentibus advenit ante stabula manerent. Usurpat in hac significatione, *Virg. 7. Æneid.* *Ardua ieda petis stabuli.* Stabula numero plurali accipiuntur loca, in quibus armenta, & greges consistunt, dicta tanquam stationes animalium. Hinc D & nomina propria accipiunt ab animalibus, quorum stationi serviunt, pura equile, ovile, hara, caprile. *S. August. 11. 42. in Joan.* Iter agis, inquit, stabulum est hæc vita, id est, diversorium.

Stabularius idem quod Caupo. *Terullian. Apolog. cap. 39.* Ulpian. Juris. Caupones, & stabularios eos accipimus, qui cauponem, vel stabulum exercent. *August. lib. 8. de civit. Dei.* Stabularias mulieres vocat, quæ exercent stabulum, & viatores mercede pascunt. Stabularii sunt Catoni, qui stabulo præstant, famuli villatici.

Hinc stabulo, sive stabulorum, idem quod sto, diverto, commoror: & stabulatio, mansio in diversorio.

STABULA. *Vide Armentorum Loca. Ubi de loco agit materialiter confiderato, secundum ea, quæ illo continentur.*

STABULARII. *Pete ex loco de operis Mechanicis, quæ circa animalia occupantur.*

* Statio. DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA. ACCEPTIO.

STATIO proprie ipsum standi actum significat, & ab hac significatione cætera ejus vocis significationes accipiuntur, unde statio dicitur locus sinuosus, in quo naves ad tempus consistunt. Ita *Virgil. 2. Æneid.* *Nunc tantum sinus, & statio male fida carinis.* Stationes etiam sunt loca in quibus milites consistebant, & excubabant. Immo & custodes Principum stationes suas habent, alii ad fores Palatii, alii ante ipsum cubiculum, Plutarchus vocat *στασιονοχων* dei antipater, & *Virgil. 2. Æneid.* *Vigiles simul excubant, illic.*

Succedunt, servantque vices statione reliqua.

Etiam locus, ad quem plures conveniunt, ut de realia discernatur, & jus dicitur, statio nuncupatur apud *Gellium. l. 3. c. 13.* & *Juvén. Sat. 1.*

Stationes omne Theatrum.

Stationes denique sunt apud scriptores Ecclesiasticos, conventus facti in quibus Christiani in oratione stabant: sicut hodie plures Romæ, & alibi, in usum apud Catholicos, sed de illis statim.

A statione milites stationarii dicuntur, qui stationem ad est, & cubias servant.

Statores etiam hic appellantur, suntque illi, qui stant ad iusta capefenda, & alio nomine Lictores, & apparitores vocantur. *Cic. l. 2. Ep. 19.* Existimavi esse faciendum, ut ad te statores meos, & lictores cum literis mitterem. *Petrus. in Satyr.*

Quidam enim semine foribus calens, nec libidinem concitat, Nisi quis servos viderint, aut statores altius cinctos.

* STATIONES RELIGIOSÆ.

Quædam hæc ex Loco de Litanis.

Stationis nomine significabant antiqui Christiani actum quandam corporis, in quo factis conventibus orantes stabant, nunc ad hanc basilicam, nunc ad illam convenientes, nonnunquam ad martyrum sepulchra: Dumque stantes deprecabantur, & sicbat id potillimum die Dominica, ut testis est *Terullianus de Corona militum:* & inter Pascha, & Pentecosten, & scribit *in lib. de festivo,* eas stationes nonnunquam in vesperam productas fuisse. Meminit etiam earumdem *in lib. ad uxorem.*

Hinc stationis vocabulum in hoc serè sensu urbi Romæ notissimum est ex antiquitate relictum, ipsa etiam observatio veteri per manus tradita, & retenta. Nam veteres Romani Pontifices stans quibusdam diebus, præcipue in Quadragesima, & festis ad diversas urbis Romæ Ecclesias accedebant, ubi sermone, vel concione ad populum assistantem habita, & oratione ad Deum facta, divina mysteria postea cum Clero, & populo Romano celebrantes, participabant. Quiaque statio appellata est, à significatione, quam *Cicero lib. 6. ad Atticum* usurpavit, pro temporaria videlicet habitatione, vel etiam à stando, quod in his accedentes populi starent.

Has stationes, hoc est, ad diversas Ecclesias solemnes processiones, & conventus commemorant *Auctor vite Damasi Papæ,* & *Anastasius Bibliothecarius in vita Hilarii Papæ.* Ille quidem sic Populus Romanus per cæmeteria martyrum stationes sine clericis celebrabat. Et paulo infra: Felix urbem irrupit, & stationem in Juli Basilica Transiberim dare præsumit. Hic vero: Hic constituit in urbe immiseriades, qui circumferrent constitutas stationes, scilicet scyphum aureum anatum, vel stationarium librarum octo, pro ulu stationum. Per ministeriales autem clericos idoneos administrandum, & officium in Ecclesiis diebus stationum intelligit. Quate diu fuerunt in urbe ad hoc Cantores deputati, præbendas propter ea habentes in Ecclesia. Maria de rosa, cum non omnes Ecclesiæ urbis haberent, tunc canonicas, vel proprios clericos ad divinum officium peragendum.

Eas porro Stationes postea S. Gregorius Papa certo sub numero limitavit, totidem per totum annum statuens: videlicet, quatuor Dominicis adventus Feriis 46. & Sabbatho quatuor temporum, Vigilia, & die Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistæ, SS. Innocentium, Kal. Januarii in circumsione Domini, die Epiphaniæ, Dominicis in Lxx. lx. & l. à feria 4. Cinerum usque ad Dominicam in Albis

